

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 10 : De Pandione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 10 : De Pandione](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 11 : De Pandion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 10 : De Pandion](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - IX, 10 : De Pandione, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6056>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Pandion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Arceas, ut cum in Mænalo monte fuisset sepultus, eius ossa iussa sint ex oraculo Delphici Apollinis deportari in Arcadiam, ut ait Pausanias in rebus Arcadum. Id cum scribat Pausan in Arcadicis, miratus sum cur dicat unicam tantum filiam fuisse Lycaoni inter tot mares, quam etiam inquit in gratiam Iunonis fuisse sagittis transfixam: cum Dia etiam Dryopis mater filia eius fuerit, ut scripsit Hecateus.

¶ At cur hæc ficta sunt, & memorizæ prodita, ut ad posteros pervenirent? quia per illa quæ de hominibus fingebantur, significare nobis volebant, quo pacto vel motus animorum essent refrænandi, vel ad humanitatem, & beneficentiam, & Deorum cultum hortabantur: & omnino per fabulas de hominib. confictas vitam humanam optimis moribus instituere conabantur. Sic igitur per Lycaonis fabulam, cum vel Deos ipsos in hospitium mortaliū aliquando accedere sumpta pauperum figura dicerent, humanitate adversus omnes hospites uti oportere significabant. quod si quis patui Deorum præsentiam facere videretur, neque moveretur eorum reuerentia, quia Deos nemini infensos esse crederet, hunc ingentibus præmiis & pollicitationibus ad probitatem adhortabantur, cum multa præmia honorifica data sint à Diis, humanis & benignis hospitibus: quale fuit munus Triptolemi. At contra per multa sunt exempla, quæ à crudelitate & perfidia in hospites deterrebant, quod accidit convivio Pelopis, & illis qui gravissimè ob suam crudelitatem ab Hercule & ab aliis Deorum filiis sunt oppressi. Quis enim cum videat ex altera parte ingentia supplicia fontibus à Diis irrogari, ex altera laudes & gloriam, & honorifica præmia viris bonis esse proposita: supplicia potius elegerit, & se sanè mentis esse fateri audeat? At de Lycaone satis, nunc de Pandione dicamus.

De Pandione. CAP. X.

FUIT Pandion illius Erichthonij, qui pulso Amphictyone de regno Athenis imperavit, & Palithææ Naidis Nymphæ filius, ut scripsit Apollodorus libro tertio Bibliothecæ. Hic mortuo patre Erichthonio in regnum successit, quo tempore Ceres & liber pater in Atticam venerunt. Fertur vir bonus fuisse Pandion, sed vna in re parum fortunatus, quod filiam Proguen (nam illam, & Philomelam, & geminos Erechtheum ac

Butem, è Zeuxippe matris suæ sorore suscepit, ut ait Apollodorus lib. 3.) Tereo Maris & Bistomidis filio, quo socio in bello de finibus aduersus Labdacum usus fuerat, strenuo sanè viro, at nefario, & in libidinem propè furioso, in matrimonium concesserit. Eius enim libido ipsum denique in eam rerum domesticarum difficultatem induxit, ut ipsi in vrpam verti satius fuerit, quàm hominem viuere: cùm Progne & Philomela & Itys in aues fuerint conuersæ cum summa eius familiz ignominia & opprobrio, ut ait Horatius lib. 4. Carminum:

Nidum ponit, Itrym flebiliter gemens,

Infelix auis, & Cecropia domus

Æternum opprobrium.

Fuerunt autem Pandiones complures. Dicunt enim quòd ubi Boreas Zetem & Calaim ex Orythia procreasset, & Cleopatram, illa nupsit Phineo, de qua ille Pleuxippum & Pandionem suscepit, quamuis alij eos vocatos fuisse Tetrymbam & Aspodum maluerunt. Hi post matris mortem parui adhuc existeres ab Idæa Dardani filia, vel, ut alijs placuit, Idothea nocera Cadmi sorore lumine capti sunt: de quibus scripsit Apollodorus libro 3. Fuit alius Cectopis & Metiadusæ Eupalami filius: sed reliqui omnes obscuri sunt, cùm vnus Erichthonij filius, qui patri in regnum successit, ob eam familiz labem celebratus fuerit à poetis. Hic filios habuit Ægeum, Lycum, Pallantem, Nisum, ut ait Strabo libro nono, qui etiam carmina quædam ad eam rem confirmandam è tympanistis Sophoclis recitauit: in quibus descriptum est, quæ loca singulis filiis pater possidenda tribuerit. Quod autem Ægeus Pandionis filius patri in regnum successerit, ita scriptum est à Phanodemone in libro 3. de rebus Atticis: Αἰγὼς δὲ πατρίωνος υἱὸς βασιλεύειν Ἀθηνῶν, καὶ μήτας πρῶτον τῶν ὀπλῆτος· δούτερος χαλκίωνα ἔειληναι. Ægeus Pandionis filius cum imperaret Athenis, Metam primam Hopletis filiam uxorem duxit: postea Chalciopen secundo natam è Rhexenore. Sic Zetzes hist. 142. chil. 7. illi alios mares fuisse inquit:

τῶ βασιλεὺς τῶν Ἀθηνῶν πανδίονος τῶν χαλκίων,

ἄρρεας πᾶσι τοῖς τέκνοις, καὶ θυγατέρας δύο.

Regis Athenarum nomine Pandionis

Mares erant filij duæque filia.

Hæc cùm ita sint, miratus sum cur scripserit Pausanias in Atticis,

cis, Pandionem nullos habuisse filios, qui suas iniurias persequerentur, quas à Rege Thraciae acceperat: nam si noluisse filios iniurias persequi dixisset, facile illi assentirem. Hæc pauca dicenda duxi de Pandione, cum filiarum fabula superius explicata sit, ut si qua ibi desiderarentur, hinc accipi possent. Atque cur ficta sint hæc, ex illis superioribus arbitror potuisse. At nunc de Erichthonio.

De Erichthonio. CAP. XL

ENIMVERO dictum est superius, Vulcanum cum arma Iovis, quibus in bello adversus Gigantes usus est, fabricasset, pro laboris diligentiaeque mercede obtinuisse, ut Jupiter iuraret per Stygiam paludem quodcumque poposcisset, se illi concessurum. At Vulcanus Minervæ nuptias, cui Jupiter perpetuam virginitatem concesserat, postulavit: id abnuere quidem non potuit, sed clam Minervam monuit ut reluctaretur. Cum igitur Minervam adiisset Vulcanus, dicitur inter luctandum semen profudisse, quod in terram fustum in hominem conversum est. quare inquit Pausanias in Atticis, huic patrem fuisse neminem mortalium, sed quoniam ex terra & contentione sit genitus Vulcani, ita fuisse nominatum. Hunc terrigenam & inter serpentes educatum fuisse scripsit Euripides in Ione hoc pacto:

πρὸ γὰρ ἰων νόμον σώζοντα, τοῦ τε μηδείης
Ἐριχθονίου. κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη
Φρουρῶ παραβύβασε φύλακας σώματος
δίας, ὁ δὲ δράκοντα, παρθένῳ Ἀγλαΐᾳ
δίδωσι σὺν ὄφει Ἐριχθίδης ἅκῃ
νόμοις τίς ἐστι, ὅφρα πυχρὸν ἁλάτοις
τρέφῃ τῆν.

*Servans amorum legem, & à terra sati
Erichthonij, Iovis puella namque ei
Duos dracones corporis mox addidit
Custodias, deinde servandum dedit
Atheniensibus puellæ, mansit hinc
Moi ille Erechthidæ, ut ornent filios
Serpentibus aureis.*

Alij tamen dictum fuisse volunt non à contentione, quam ἰρις significat, sed ἀπὸ τοῦ ἱρίου, à lana scilicet, qua Minerva semur